

indigno pollice venerandos inculpatisimi Buchmani manus,  
cujus quidem ego Poemati proximum ab Heinsio locum  
tribuere, visus magnorum virorum iudicio, non raro in  
animum induxi. Salve et vale plurimum, Vir excelsus  
et me amas certe amari me dedignare ab.

Observantissimo Tui.

Le: 21<sup>o</sup> Octobr. 1629.

Salutant te dumtaxat Patris, et  
frater mei. Ego vero ut remittatur  
quam primum, ista logo machinor, casta  
minas vana duellum, obudae: ego.

P. Bertio.

(108)

De Statua Eumenij Rhetoris, Clarissime Rhetorum, quod  
compellatus nunc ago, diu est cum ultio praestitissimam  
siquidem super ea res habuissem cuius de certiorum fieri  
praestium operae fuisset. Testabitur nobilissimus Rutger-  
sius tuus, succisivi itineris ac tamen non fortivae  
gressuicula ad ea loca jucundissimus comes, quam im-  
portuna temporis angustia ab exceptata celebri monu-  
menti inspectione divulsi fuerimus. Adde Principis cum  
omni comitatu absentiam, iam aula solitudinem atque  
triste silentium, quod mihi, cum sciscitandi a domesticis  
tunc vero cum peritioribus disserendi occasionem prae-  
pisse facile intelliges. Fatebor enim interim, quantum  
ex festinato int<sup>er</sup>itu percipere datum, aliquid eam  
effigiem amplius impudenti adserentium audacia quam  
origini suae debere, ut potius quae paucas admodum sia-  
cera antiquitatis notas (properantibus certe oculis)  
exhibeat, cui sententia subscripturos quoscumque modicam  
in veteri cum habitoria Statuaria comparatione peritiam  
adscendas, nullus dubito. Adeo mihi et corporis universi,  
pro saeculi istius exquisita elegantia, parum venusta com-  
positio, et ipsa denique materia insolentia, omnem potius  
antiquitatis opinionem excusseret. Plura non addo, ne  
festinationis praeterea excusatio exactiori descriptioni serie  
inferretur, neque tibi, vir doctissime, tam satisfacere  
ambitiose, quam obsequi modesto iam animo habuisse  
videar. Vale et me amas qui

quidem

Tibi addictissimus

G. H.

Haga Comitri. 3. Nov. Sept<sup>is</sup> 1629.

Barlaeo